



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.  
Engelbertvs || Archiepiscopvs Co-||loniensis Princeps ||  
Elector, &c.**

**Gelenius, Aegidius**

**Coloniae Agrippinae, 1633**

Notatio Ad Epistolam Prooemiale.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9728**

NOTATIO AD EPI.  
STOLAM PROOEMIALEM.  
De auctore vitæ S. ENGELBERTI, & parti-  
tione totius operis, &c.



Cæsarius  
scribit mā-  
date Hen-  
rici Archi-  
episcopi.

Cæsarius  
est Colo-  
niensis.

Cæsarius  
miraculo-  
sè liberatus  
à febri.

Anno 1187.  
Henricus Al-  
banensis cru-  
cem promul-  
gat teste  
Lamberto  
Loody, sed

ANCTI ENGELBERTI quamplurimi me-  
minerunt Historici, sed nemo fuisus Cæsario  
Heisterbacensi. Hic enim ad mandatum Hé-  
rici à Mollenarck de quo infra lib. 2. cap. II. de-  
industria gesta eius collegit, ut patet tum ex  
hac præfatione, tum ex dicto cap. II. & lib. 3. in  
principio vbi scribit, sese, eodie, quo Henricus à Mollenarck  
successor S. ENGELBERTI Sacerdotio initiatus fuit (hau d  
scilicet multo post necem nostri ENGELBERTI tempore) C.  
mandatum accepisse isthuc posteritati transmittendi. Fuit  
Cæsarius Coloniâ Agrippinâ, quod probabile existimat Bre-  
denbachius, oriundus; vbi & in scholis insignis Collegij B.  
Andreas literas didicit, vti de se fatetur lib. 6. miraculorū cap. 4.  
Idem adhuc puer cum acutissima laboraret febri, madenti,  
quo Neophyta quædam è Baptismate exierat, linteumini à  
matre inuolutus, mox erumpente sudore non sine miraculo  
conualuit, vt ipse Autor est lib. 10. miraculorum cap. 44. Acci- D  
disse id videtur è libri quarti 79. cap. Anno salutis 1188. aut  
circiter, siquidem Cæsarius testatur allegato capite, isto  
anno Henricum Episcopum Cardinalem Albanensem à  
Clemente puta III. missum in Germaniam crucis prædican-  
dæ causa, sequeadhus puerum apud Agrippinenses, eun-  
dem in Ecclesia Sancti Petri audiisse prædicantem & cruce  
plurimos vidisse signantem. Eo deintempore quo Philippus  
cum

# HISTORIÆ S. ENGELBERTI.

5

- A**cum Ottone de Imperio decertabat Romano, & Coloniensem vastabat diœcesin (incidit autem prima hæc vastatio in anni 1198. Octobrem, ut pater ex Godefrido Monacho) Cæsarius Geuardum Heisterbacensem Abbatem è monte Sanctæ Walburgis Coloniam euntem comitatus est, quo in itinere optimi Prælati institutione, & relatione cuiusdam gloriosæ visionis commotus, animum Ordini Cisterciensi & domui Heisterbacensi adiucere cœpit, seque opere ipso B completurum Abbati promisit; lib. 1. miraculorum cap. 17. Eodem tempore ordinem iniisset, nisi voto peregrinationis ad B. Virginē Rupis Saluatoris quo astrictus erat, retentus fuisset, qua per menses tres expleta, ait de se dicto cap. 17. nullo amicorum meorum sciente, sola Dei misericordia præueniente ad Vallem S. Petri (Heisterbacum) veni, & quod sermone conceperam Nouitius factus opere ostendi. Vnde clare colligitur, illius conuersionem incidisse in Anni 1198. principium, post trium enim mensium interuallum nimirum Octobris, Nouembris, Decembris fit monachus in Heisterbach.
- C**um interuallum nimirum Octobris, Nouembris, Decembris fit monachus in Heisterbach.
- Anni 1198. quibus à Philippo vastabatur Coloniensis Diœcesis, votum Cæsarius exsoluit, atque postmodum sub initium anni sequentis habitum monasticum suscepit. Annū hunc exprimit lib. 2. miracul. cap. 10. Vbi se venisse ad ordinem dicit ab Incarnatione Domini Millesimo ducentesimo uno minus, & factum id fuisse in ipso anni exordio, ex ijs quæ dimicimus innotescit. In ordine suo talentum sibi concessum nequaquam defodit; vt pote qui sedulum Nouitorum Instru-
- D**ctorem egerit, testante Trithemio lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis, & non spernenda quædam opuscula posteritati reliquerit, quorum paucula tefert Trithemius, plura Possevius, omnia ipsem Cæsarius in Epistola sua qua Cathalogum prætexit ad D. Petrum Priorem de loco S. Mariae, quam Epistolam fasciculo moralitatis Cæsarianæ præfixam R. P. F. inter Beates Andreas Coppenstein Ordinis Prædicatorum Theologus sumptibus D. Petri Henningij Bibliopolæ Coloniensis euul-
- gauit.
- Anno 1188.  
Colonia vbi  
eum vidis  
Cæsarius.
- fuit in Heisterbach;
- Magister Menelogio.
- NB. Quod Cæsarius in
- ad diem 25. Septembrie.

A 3 Recen-

**Cæsarius** Recenset in hac Epistola numero xix. hos tres de actibus, A  
anno 1227. passione, & miraculis Sancti ENGELBERTI: quorum prior  
scripsit vi- res duos à se Anno salutis 1226. & 1227. conscriptos ipse in  
tam S. En diuersis locis satis innuit: tertium vero non nisi 1237. ab sol-  
gelberti. uisse lib. 3. cap. 74. docet.

**Cæsarius** Porro ita partitus est Cæsarius hos libros, ut primo SAN-  
anno 1237. CTI ENGELBERTI natales, corporis animiq; dotes, & reli-  
scripsit mi- quam vitam encomiastico dicendi genere explicet. Secun-  
racula S. do occasionem Martyrij, passionē ipsam cum circumstantijs, B  
Engelber- & pœnam quæ Sancti nostri occisores necisq; eius concios  
ti. manterit, cum nonnullis miraculis enarret. Tertium demum,  
Partitio soli miraculorum insigniorum tribuit enarrationi. Stylus  
Historiæ Cæsarij ubiq; planus est & materiæ satis conueniens quem  
de S. En- ramen Surius in daobus prioribus hinc inde modice corre-  
gelberto. xerit, tertium Surius in compendium redagit. Cæterum ipse  
Stylus Cæ- Cæsarius styli sui rationem in præfatione reddit.

# LIBER VITÆ C

## SANCTI ENGELBERTI

### PRIMVS.

#### Caput Primum.

In quo de Etymologia nominis eius paucula. &c.



D honorem Dei Patris, & Filij eius Iesu Christi, Domini ac  
Saluatoris nostri, & sanctæ matris Ecclesiæ: actus, passio- D  
nem & virtutes Preciosi Martyris & Archipræfulis nostri  
ENGELBERTI descripturus, gratiam inuoco Spiritus san-  
cti: ut qui iam positus super candelabrum, fulgore miracu-  
lorum lucet in domo Dei, & in Ecclesia specialius beati Petri Apostoli,  
styli mei ministerio vt cunque valeat illustrari, & ad posterorum noti-  
tiam utiliter declarari. Videtur mihi in primis Antistitis nostri vocabu-  
lum, quoddam futuræ beatitudinis eius fuisse præfigum. Ex Teutoni-

50